



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio tertia

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

dic letantibus angelis. Tu.

R. Videbant omnes stephanum qui erat in concilio Et intuebantur vultum eius tanquam vultum angeli stantis inter illos. **V.** Stephanus autem plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo Et intuebantur. **Lectio tertia.**

Gloria in excelsis deo heri exultantes sancti angeli decantauerunt hodie stephanum letantes in suum consortium susceperunt. Heri dominus exiit de utero virginis: hodie miles egresus est de argastulo carnis.

Heri pro nobis christus est panis involutus: hodie stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus Tu autem domine

R. Stephanus autem plenus gratia et veritate faciebat signa magna et prodigia in populo. **V.**

Stephanus vidit celos apertos: vidit et introiit. Facie. Gloria patri. Faciebat signa.

In secundo noc. an. Lumine vultus tui domine insignitum prothomartir stephanus sacrificium iusticie seipsum sacrificauit: ideoque in leticia cordis in pace obdormiens requiescit. **An.**

Benedictiois cui domine munere glorificatus et scuto tue protectionis in passione munitus nominis sui coronam

Stephanus a te percipere meruit. **An.** Quod est admirabile est non

men tuum domine deus noster pro quo beatus stephanus passus gloria et honore a te est coronatus: et super celos dono tue magnificentie exaltatus. **Le. iij.**

R. Heri propter angustiam spiritum portauit infantem: hodie immensas celis suscepit Stephanum triumphantem Solus descendit dominus ut multos eleuaret: huius militauit se rex noster ut suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo virgis preparauit iterum ipse martyrio suo aperire dignatus est celum Dominus christus angustias non dedignatus est intrare uteri ut animam stephani latitudo susciperet celi. **L.**

R. Stephanus seruus dei quem lapidabant iudei vidit celos aptos vidit et introiit. Beatus homo cui celi patebunt.

V. Stephanus autem plenus gratia et fortitudine. **vs.** Beatus homo cui ce.

Lectio quinta.

Necessarium tamen nobis est fratres agnoscere quibus armis percinctus stephanus se uicium iudeorum potuit superare: ut ita meruisset feliciter triumphare. Neque enim percipienda sunt talis virtutis talisque triumphus. Haurit uero uilibus armis potuit premuniri quod a multis non potuit suscipi. Tu. **R.** Hesternam die dominus natus est in terris ut Stephanus nasceretur in celis. Ingressus est dominus mundum ut stephanus